

Inquisitionis 18. Jul. 1635. approbato ab Urbano VIII. prout genuine relatum est a Bened. XIV. lib. XIII. de Syn. diac. cap. 20. n. 18. & non ut referatur a Card. Albitio de Inconstancia in fide c. 8. n. 29. Apostatas a fide, redeentes ad premitam, non teneri ad abjurandum apostatae publice coram infidelibus, sed sufficiere, ut eam absurcent in fallo coram infidelibus (*per*ta si sunt inter Turgas) abstinendo ab actibus infidelitatis, ac deponendo hacitum infideli, quatenus sit protelatius falsa religio: si vero sit equivoicus, posse illum deferre. Quod si ex illa delatione, ratione personae aliqua oritur suspicio, teneri ausuere, cum primum poterit. In decreto autem ab Albitio allato ulterius legimus sequentia verba, que fuerunt Crimen majestatis in specie est delictum, quo principes circa hostilitatem luditur a subditu: ut si quis principem percutiat, status ejus destruet, vel cedar, monetam etiatis, privatos carcera habeat, confugientes ad Ecclesiam inde abstrahat &c.

3. Q. II. Qua sunt penas apostatarum ab obedientia? R. seqq. 1. Si inobedientia oriatur ex infidelitate, locus est paenitentiarum, *Can.* 5. d. 19. si vero oriatur ex superbia, & formaliter contemptu sac. Canonum, & prelatorum, est infamia facta: deinde si contumax subditus perficerit gradatum procedit per paenitentias, & tandem excommunicatur, & degradatus clericus cuiusque seculari traditur, *Can.* 3. *Sigis.* 3. q. 3. & c. 10. de iudic. 2. Si inobedientia oriatur ex flagitiae mitioribus paenit locutus erit. In Religionibus servitorum propria Statuta contra inobedientias lata.

4. Q. III. Qua sunt penas apostatarum a SS. Ordinibus? R. seqq. 1. Excommunicatione ferende sententia, c. 2. b. t. 2. Infamia facta, & inde ortu irregularitas, qua tampon per paenitentiam tollitur. 3. Amisso privilegio Canonis post triannam monitionem Episcopi, c. 1. b. t. c. 25. de sent. excus. 4. Pena carceris, si clericus apostata habitum rea sumere renuat, c. 5. b. t. Diffamatus, vel suspectus de apostata ab ordine, tenetur ad purgationem Canonicaem, c. 3. b. t. qua non praefixa, habetur pro convicto.

5. Q. IV. Qua sunt penae scienter rebaptizantium, & rebaptizatorum? R. seqq. 1. De jure Can. eterque fit irregularis *Can.* 65. d. 450. & c. 2. b. t. & si clericus sit, deponitur, *Can.* 12. de confer. d. 4. si laicus, excommunicari debet, Abb. Eandem irregulariter contrahum acolytus, subdiaconus, & diaconus rebaptizanti ministrantes, si crimen sit publicum c. 2. b. t. in occulta vero irregulariter dispensat Episcopus vi Trid. *Sess.* 24. c. 6. de ref. De jure civ. rebaptizantium, & rebaptizatorum ultimo supplicio afficiuntur, l. 2. C. ne scilicet. bap. iter. Ceterum licet confirmatione & baptismatio iterari eodem modo prohibantur *Can.* 8. de confer. d. 5. non tamquam sub iustitia paenit: adeoque penae rebaptizantium, & rebaptizatorum non sunt extendendae ad reconfirmantes, & reconfirmatos; cum irregularitatem non sit affenda, nisi in iure expresse reperiatur, cap. 18. de sent. excus.

Actum est de criminibus, que Deo, ejusque sancto cultui, fidei, & religione christiana opponuntur: nunc agetur de variis delictis, quae charitati, & justitia erga proximum adversantur, quatenus ledunt ejus vitam, famam, fortunas, & alia iura; ut sunt patricidium, homicidium, adulterium, & stuprum, rapina, furum, crimen falsi, fortlegium, collusio: finitur materia ista in delictis puerorum tit. 23. Quia vero in jure *Can.* nullus est specialis titulus de crimen lese maiestatis, ideo hic aliquae de illo dicunt ex §. 3. *Infr. de publ. iud. ex tit. ff. & C. ad L. Julia maiestatis.*

De crimine lese Maiestatis.

6. I. Crimen lese maiestatis est delictum publicum, quo maiestas humana, seu suprema potestas luditur a subdito. Requiritur ad hoc crimen 1. Ut ludatur is, qui pollet maiestate, seu qui in suo territorio superiori non recognoscit, ut Papa, Imperator, Reges, Elefiores ex Bulla Aut. c. 24. quod privilegium ex usu, & consuetudine communicatur etiam Regi Romanorum, & Imperatori: item si leduntur Confessari principis, seu pars corporis principalis l. 5. C. ad L. Jul. Maj. In ceteris vero principes, & comites non dicuntur committi crimen lese maiestatis; cum in illis non sit maiestas. 2. Ut latio ita fiat a subdito, Clem. 2.

v. rursus de sent. & re iud. ubi Papa declarat a Roberto Sicilius Rege non suisse commissum crimen lese maiestatis contra Henricum Imperat. quia non erat ei subditus. Hinc licet extermi, & clerici ledentes Imperatorem pro consigno puniendo sint, tamen puniri nequeunt, ut rei lese maiestatis.

7. II. Hoc crimen duas habet species: *Perduellio-nem*, & *crimen majestatis in specie*. *Perduellio-nem* est enim, qui principes, seu respubli. hostilitate luditur a subdito, cuius auctor rescenetur l. 1. ff. ad L. Jul. Maj. ut conspiret in necem principis, seditionem exercite, secreta principis hosti pandere, armis ad eum defere, castra, vel urbes ei traducere &c. cit. l. 1. 2. 3. 4. *Crimen majestatis in specie* est delictum, quo principes circa hostilitatem luditur a subdito: ut si quis principem percutiat, status ejus destruet, vel cedar, monetam etiatis, privatos carcera habeat, confugientes ad Ecclesiam inde abstrahat &c.

8. III. Crimen perduellionis, usque gravissimum, & exceptum, multa habet specialia: 1. Sufficit ad illud sola voluntas, seu conatus actu exteriori manifestans, l. 5. C. ad L. Jul. Maj. 2. Ad illud accusandum admittuntur accusatores, & testes aliquo in habitib; ut infamies, mulieres, milites, impuberis, l. 7. §. 1. 1. 8. ff. ad L. Jul. Maj. 3. In hoc crimen nulla dignitas a mortua excaecatur l. 3. 4. C. cod. 4. Intercedentes pro reo perpetua infamia notantur l. 5. §. 2. C. cod. 5. Pater deferte tenet filium, & filius patrem, si privata monitione a tam perniciose criminis enim avertire non potest l. 35. ff. de Relig. 6. Conscii hujus criminis tenentur illud revelare; alias eidem substante iudicio l. 5. §. pen. C. ad L. Jul. Maj. quod tamen Iunior Baldus in eo, qui scit, sed probare non potest, quamvis teneatur admonitus illum, cui periculum imminent. 7. Crimen hoc morte non extinguitur, sed perduellis etiam post mortem dannatur, infamis pronunciatur, ejusque statuta & insignia delentur, l. 6. 7. 8. C. cod.

9. IV. Peña perduellis sunt: 1. Infamia juris, confusio omnium honorum, & ultimum supplicium exasperatum, v. g. cum sectione membrorum in 4. partes, l. 5. 6. C. cod. 2. Liberi perduellis sunt perperuo infames, omniibus honoribus privantur, repelluntur a matris, & propinquorum, aliorumque successione, tamque miteri efficiuntur, ut vita sit eis supplicium, & mons foliatum, cit. l. 5. C. cod. ubi sola vita eis indulgetur, & conf. etiam alimenta ex bonis paternis. Quae penae locum habent in filiis, non tantum post, sed etiam ante perduellionem natus, ne paterni delicti sunt imitatores. Filius tamen, in quibus ob fragilitatem sexus vindicta non presumitur, ad maternam hereditatem admittuntur, cit. l. 5.

10. V. Peña committentis crimen majestatis in specie, est mitior secundum qualitatem delicti, v. g. de portario, relegatio, gladius l. 24. & 40. ff. de pen. certa pena non solenti infligi, ut damnatio memoriae, confitatio &c.

TITULUS X.

De his, qui Filios occiderunt.

Agitur de hac materia in Pandectis lib. 48. tit. 9. in Codice lib. 9. tit. 15. & 17.

1. Nota in b. t. agi de patricidio, quod in genere homicidii est crimen gravissimum: & definitur specifico, quod sit homicidium in personam conjunctam domino, seu scienti commissum. Et quidem, si liberi parentes, vel econtra occidant, est proprie, & rigorofe patricidium: si vero cognati collaterales, aut affines aliquem ex cognitione, aut affinitate occidunt, est patricidium late, & improprie tale. Porro nomine patricidium venient, & legi Pompejæ de patricidiis substant, liberi, & privigni (non tamen adoptivi, cum non exprimantur) parentes, videlicet, nouera, nepotes, & neptes respectu avi, & avie, foci, foetus, gener, nurus, fratres & consanguinei usque ad 4. gradum, maritus & uxor, libertus occidentis patronum, aut patronam: item cooperantes ad crimen patricidi, ut mandantes, confulentes, auxilium dantes, execuentes, & hujusmodi: ita hec omnia enumerantur l. 7. & seqq. ff. de leg. Pompejæ de patricidio. Econtra a patricidio excusantur ignorari, ut si filius occidat, neficiens esse

pa.

patrem, furto usurrationis destituti, & qui servato morte deramine inculpata tutela, propter necessarium sui, vel boni publici defensionem occidit patrem vita aggressorum, vel perdueleum, l. 9. in fin. eod. l. 3. ff. de Jus. & Jur.

2. Q. I. Qua sunt penas patricidiorum de Jure Canonico? R. 1. Occisor parentum uno anno prohibetur ab ingressu Ecclesie, & tribus annis a facie communione, & per decem annos jejunare, ceteraque penitentias implere tenetur secundum prescriptum *Can.* 15. Latorem 33. q. 2. sed hodie pena est arbitrio. 2. Mater viuis filium occidens detruenda est ad monasterium, & a feocundis nuptiis arcessita: si vero conjugata est, a viro quidem separari non debet, sed alii consignis penitentia: 2. 1. 2. b. t. 3. Parentes, qui regnos adhuc infantes in suo lecto collatores culpabiliter opprimit, tres annos penitentiam agere debent, & unam horum in pane, & aqua c. fin. b. t. nisi culpa absque liberis moriatur, succedit, excluso fisco, parentibus, & consanguineis, utpote indignis hereditate, arg. Nov. 115. c. 3. Barbo. Reiff.

3. Q. II. Quid juris acquiratur in expositu? R. 1. Alens expositionem, nil juris acquiri in eis personam; puta nec patrem, nec dominicanam potestatem, c. un. b. t. & l. 3. C. ed. nam sufficiatio non facit adoptionem, nec servum, cum hoc utrumque sit exposito præjudicium. 2. Sufficiens, si ex misericordia hoc non facit, repente potest expensas ab illis, qui expositum sufficiare tenebantur, & expoſito, si intestatus absque liberis moriatur, succedit, excluso fisco, parentibus, & consanguineis, utpote indignis hereditate, arg. Nov. 115. c. 3. Barbo. Reiff.

4. Q. III. Qua sunt penas patricidiorum de iure ci-vili? R. 1. Parentum occisor ex L. Pompejæ virgis sanguinis verberatus, cum cane, simia, gallo gallinaceo, & viperæ includens in eum culcum, seu fascum coriacum, & in mare, seu flumen proximum demergendus, aut bellis obiciendus §. 6. *Infr. de Jud. publ.* l. 9. ff. de L. Pompejæ de patric. l. un. C. de his, qui parentes occid. 2. Parentis occisor liberorum prius puniebatur pena ordinaria homicidii, deinde eadem pena, qui filius intercessor parentis, cit. §. 6. & l. un. cit. Mater viuum infantem a se editum occidens, viva in terram defodi debet, vel in aqua submergi, ex Constit. Car. V. art. 133. in fin. Si vero infans expositus sit in loco publico, & frequenter, & eas perire, expones futilgandus est: si tandem vivus repertus est, expones relegatur, ibid. 3. Expofit presumuntur potius esse legitimi, quam illegitimi: ita Menoch. Gonz. & alii contra Covar. Suan. Garg. & alios: nam in causa dubio capienda est presumptio, & conditio proli favorabilit; fed causus legitimatis est dubius: cum enim legitimis ob egestatem, vel aliam causam frequenter exponentur, ut pater in Moyse, Cyro, Paride &c. ergo. Neque stylus Datařis est in contrarium: nam legimitatio ita vel ad cautelam tantum, vel in causa certo illegitimitatis.

5. Cardinalis ramen Petra comment. ad Constit. XXII. Sicut II. n. II. sensit tenendum esse intromissionem opinionem; idque quoad ordinis saltem sufficiendo, his indigne dispersione, cum requiratur probatio letigioris, pro qua non suffici presumpcio.

Nobilitas vero in expositis non presumitur, quia non est qualitas necessaria, naturalis, seu communiter inherens, sed probari debet.

TITULUS XI.

De Infantibus, & Languidis expositis.

Agitur de hac materia in Decreto *Can.* fin. d. 87. in Codice lib. 8. tit. 52. & Nov. 153.

1. Nota exponere infantes septuaginta minores, & languidos cujusunque etatis, qui propter infirmitatem labore nequeunt, esse crimen gravissimum contra officium pietatis, propinquum patricidio, & a sensu humano alienum Nov. 153. immo si infans, vell languidus exponatur cum periculo vite, utpreat, est fornicatio homicidium. In foro saltem interno a peccato excusantur parentes, qui ob causam egreditur, absque illico periculo vite exponunt infantes in locopio, praeterea pro talibus expositis definitio. Quod multi extendunt ad illos, qui hoc modo exponunt infantes ex causa infamie declinante, Gonz. Reiff.

2. Q. I. Qui educare debent expositi? R. 1. Si nullus privatus repperatur, qui expositos educare, & sustentare velit, tenetur ad illo loco plus pro expositi definitio; deinde Ecclesia, & communites, *Can.* 70. annum 12. q. 2. tandem secularares, & Ecclesiastici dicitur ad hoc pium opus cogi postum; cum in extrema necessitate expositi jus habeant ad alimenta. 2. Proles alibi expositi remittenda est ad locum originis, & domicilii, in quo parentes stabilem locum, & sedem habent, & ibi alenda l. 1. 36. ff. ad municipal. l. 7. C. de incol. nam locus originis, & nativitas civem facit, licet baptimus alibi collatus fuerit: quamvis Judæi, Turci, & alii pagani si extra patriam suam ba-

trintur, plerumque a loco baptismi civitatem capiant, ut statuit in Conc. Basileen. sess. 19. At si infans natus sit ex matre vagabunda, ibi ali debet, ubi expositus est: quo sensu explicatur c. un. b. t. l. 3. C. ed. nam vagabundi ubi sunt, ibi forum, & civitatem sortiuntur. 3. Domini tenentur famulis agriis succurrere, & eos curare, saltem tenuibus expensis: secus, si nequeunt, charitas dicat, ut divites succurrant agro in hac gravi necessitate.

3. Q. II. Quid juris acquiratur in expositu? R.

1. Alens expositionem, nil juris acquiri in eis personam; puta nec patrem, nec dominicanam potestatem, c. un. b. t. & l. 3. C. ed. nam sufficiatio non facit adoptionem, nec servum, cum hoc utrumque sit exposito præjudicium. 2. Sufficiens, si ex misericordia hoc non facit, repente potest expensas ab illis, qui expositum sufficiare tenebantur, & expoſito, si intestatus absque liberis moriatur, succedit, excluso fisco, parentibus, & consanguineis, utpote indignis hereditate, arg. Nov. 115. c. 3. Barbo. Reiff.

4. Q. III. Qua sunt penas exponentium, & favorexpositorum? R. 1. Pater privatus patria, & dominus dominica potestate ipso iure, & facto; ita ut filius, & servus expositi fiant sui iuri quoad onerosa: favorabili vero omnia ex patria potestate descendente integra maneat filio: ita c. un. l. 3. & fin. C. b. t. & Nov. 153. l. fin. ff. pro derelicto: nam ob hoc grave crimen recte auferunt potestas patria, & dominica, & injuriam pannis suis iussum, & libertas concedunt. 2. Si infans expositus est in loco periculoso, v. g. in sylva, vel alio loco solitario, & perit, expones tenet pena capitii, l. 4. ff. de agnoscend. & alen. lib. & Conf. crim. Caroli V. ar. 133. in fin. Si vero infans expositus sit in loco publico, & frequenter, expones futilgandus est: si tandem vivus repertus est, expones relegatur, ibid. 3. Expofit presumuntur potius esse legitimi, quam illegitimi: ita Menoch. Gonz. & alii contra Covar. Suan. Garg. & alios: nam in causa dubio capienda est presumptio, & conditio proli favorabilit; fed causus legitimatis est dubius: cum enim legitimis ob egestatem, vel aliam causam frequenter exponentur, ut pater in Moyse, Cyro, Paride &c. ergo. Neque stylus Datařis est in contrarium: nam legimitatio ita vel ad cautelam tantum, vel in causa certo illegitimitatis.

5. Cardinalis ramen Petra comment. ad Constit. XXII. Sicut II. n. II. sensit tenendum esse intromissionem opinionem; idque quoad ordinis saltem sufficiendo, his indigne dispersione, cum requiratur probatio letigioris, pro qua non suffici presumpcio.

6. Nobilitas vero in expositis non presumitur, quia non est qualitas necessaria, naturalis, seu communiter inherens, sed probari debet.

TITULUS XII.

De Homicidio voluntario, & casuali.

Agitur de hac materia in Sexto, & Clem. b. t. in Decreto *Can.* II. & seqq. 1. 1. & 23. qu. 3. & 32. q. 2. & Can. 23. & seqq. de Parent. d. 1. in Trid. sess. 14. c. 7. & sess. 24. c. 6. de refor. in Institut. §. 5. de publ. iud. in Pandectis lib. 48. tit. 8. in Codice lib. 9. tit. 16.

1. Nota 1. Homicidium definiri, quod sit violenta examinatio hominis dolo malo ab homine facta. Dicitur 1. dolo male, quia ad homicidium, ut est delictum, semper requiretur malitiosa voluntas; alloquin homicidium ab ignorantia factum non est crimen homicidii, sed simplex ablato vite; licet & hoc constitutus est diei homicidium. Dicitur 2. ab homine: nam si homo occidatur a bruto, non est homicidium, sed paternitas tit. *Infr.* & ff. si quadrupex paup. fec. & multo minus homicidium est, si homo occidatur, v. g. a fulmine, a regula caesi ex teles cadente &c. Sub genere homicidii continentur varie illius species, seu modi, ut patricidium, expositio infantum, duella, torneamenta, sagittarum projectio &c. item assassinium, latrocinium, veneti propinatio, abortus.

2. Nota 2. Homicidium ex presenti Rubrica dividitur in voluntarium, & casuale. Voluntarium est, quod fit cum intentione occidendi, vel directe, & in se,

ut si gladio Bertam ferias animo occidendi illam; vel indirecte, & in causa, ut si Bertam pregnantem graviter percutias, & inde sequatur mors fecundus animos.

Casuale, seu *involuntarium* est, quod fit sine ulla intentione directe, vel indirecte occidendi, ut si projecta in luto aliquem fortuito occidas. 2. **Volumarium** homicidium subdividitur in *justum*, quod fit auctoritate publica ad vindictam sceleris, vel auctoritate privata ad necessariam sui defensionem: & *injustum*, quod fit doloso contra probationem legis. **Casuale** subdividetur in *mores casuale*, quod fit absque illa culpa occidentis: & *culpsum*, quod fit ex culpa factum juridica, quatenus circa aliquid non est debita diligentia adhibita. Legisti, & alii committentes dividunt homicidium in *necessarium*, quod fit ob necessariam sui tutelam: *dolosum*, quod fit cum prava voluntate occidendi: *culpsum*, quod fit ex aliqua culpa ob non adhibitiam cauelam, attamen fine animo occidendi: & *casuale*, quod fit ex causa omnino fortuito. 3. Homicidium quo ad modum vel est *simplex*, quod fit sine pravia deliberatione; ut si ex subita ira alterum in rixa occidas: vel est *præmeditatum*, seu *deliberatum*, quod fit ex intervallo, seu cum pravia intentione occidendi: & quidem si nullam specialem qualitatem habet, vocatur *simplex præmeditatum*: si vero qualitatem adjectam habet, vocatur *qualificatum*; ut est homicidium ex infidis preditorum sub specie amicitiae, beneficium, afflitionum.

3. *Nota 3.* Homicidio affirmat esse mutilationem, seu amputationem alicuius membris propriis talis, quod peculiarem functionem a ceteris distinguit in corpore humano habet; ut est oculus, auris, manus, pes, lingua, maxilla, mamilla, famine &c. At dignus, cartilago articula, vel nasi sit membrum proprium dictum, an vero tantum pars membra? dubium est inter DD, ob quod poterant esse dispensationem ad cauelam in irregularitate respondit Sac. Congr. 1687. die 13. Julii,

S. I.

De homicidio voluntario, doloso, & necessario.

4. Q. I. *An homicidium ex genere suo sit illicitum?* R. Affirmative: nam omni iure prohibetur: naturali, quia natura dicit homini non esse eripendum maximum vice bonum: divino per præceptum non occides: humano, ut patet ex legibus omnium nationum. Est autem homicidium crimen atrox, horribile, ac detestabile, quod Deus in primo homicida Caino severe punivit, & in aliis, ut passim Scriptura testatur. Propter licet homicidium sit ab intrinsecis malum, tamen materia illius non est ita mala, ut in nullis circumstantiis cohonestari possit, sicut materia mendacia, heres &c. sed materia illius subdici potest a præcepto naturali, tunc scilicet dum Deus exprefit, vel generaliter ex certis causis dat jus, & potestatem in viris hominum: quo casu, cum occiso fiat jure, nullum est peccatum hominem occidere, ut docet S. D. 2. q. 64. a. 2. & communis opinio populorum contra heretum waldensium negantum homicidium esse posse licitum. Unde potissimum labor est Doctoribus inquiringi in causis, ex quibus homicidium possit esse licitum.

5. Q. II. *An, & ex quibus causis potest publica occidere posse hominem?* R. 1. In repub. datur potestatio ex iusta causa occidendi hominem: ita com. ex iure naturali, dictante refescendo eius membra noxia, ne totum corpus incruciat: *Diximus*, Exod. 22. v. 18. *maleficos non patieris vivere*, & Rom. 13. v. 4. ubi Apostolus de Magistratu dicit: *non sine causa gladium portat*, *Dei enim minister est*, *vindex in iram ei*, *qui malum agit*: humano, ut patet ex integris ordinacionibus criminalibus, ergo. Nec obstante textus, *Scriptura*, quibus soli Deo attribuuntur dominium virtutum, & necis: nam intelliguntur de occisione iniusta, & sine causa sufficiente; occiso autem que fit auctoritate publica, & cum iusta causa, censetur fieri auctoritate Dei.

6. R. 2. Gravia delicta reipubli. noxia, sunt iusta causa occidendi malefactores auctoritate publica; ita com. ex iuribus mox allegatis; nam privatum bonum

vite postponendum est publico bono reipubli. cui aliud melius provideri non potest, nisi ut malefactores permanent amissione vite.

7. R. 3. Bellum iustum, sive defensivum, sive offensivum, est causa sufficiens, cum milites exponantur periculis mortis, & hostes, injuria noxentes, occidunt: ita com. praxis in fac. Litteris fundata: nam omnia iura permitunt vim vi repellere, & injurias aggressores, ac perturbatores repulsi suppirmere. At innocentes in bello non sunt occidendi, ut infantes, pueri, feminae, peregrini, clerici, religiosi, rusticci, nisi & isti militarent, vel per accidens, & indirecte occiderentur. Hoste devicto, & armis positis, per se & regulariter nullus est occidens, nisi aliquis ex hostibus atrox crimen morte dignum committeret; vel aliter pax, & securitas reipubli. obtinere non posset, & alii.

8. R. 4. Republica non potest per se occidere innocentem, v. g. ex causa liberande patrie, quia tyrannus certum exitum ei minatur, nisi innocens occidatur: ita com. cum S. D. 2. v. 2. q. 64. a. 6. conformat Exod. c. 23. *infonitem, & iustum non occides*. Ratio est, quia reipubli. in tantum habet ius occidendi civium, in quantum iste per se, & ratione sui novicivus est bono communis; sed innocens non est ita nocivus: nam vita iustorum est conservativa, & promotiva boni communis, ut ait S. D. 1. cit. documentum vero patrie immensum rotum oritur ex malitia tyranni ergo. *Dices*: *Josu. c. 6. interfecit filios Israhel omnes infantes, & laetentes, qui unice erant innocentes, & Samarite occiderant 70. filios Achab timore belli, quod eis Jehu minabatur*, 4. Reg. 10. R. Occidere iste facte sunt auctoritate Dei, qui est dominus vita, & necis: nam Jehu id fuit imperatus: Samaritis vero Jehu revelavit voluntatem Dei volentis decidi omnem progeniem Achab. 2. *Paralipom. 22*.

9. R. 5. Republica in casu superiori probabilius non potest innocentem extradre tyranum poenitentem illum ad certam mortem: ita Joan. a. S. Thom. Sc. Arag. Salmant. quibus subscrribit Marianus Herman, olim in Archip. Prag. Coll. SS. Th. & SS. Cann. Prof. nunc Abbas Sionius dignissimus, contra Leff. Bannez, Lug. Dian. Wigers &c. Prob. 1: Republica non potest occidere innocentem pro liberatione patrie, ut ante dictum; sed, extradendo illum tyranum ad certam mortem, mortaliter occidit illum, sicut privatus illum tradens, cum directa, & per se cooperetur peccato tyranum occidentis, ergo. 2. Ideo maxime reipubli. potest innocentem tradere tyranum, quia civis iure naturali, & ex iustitia legali tenetur ad conservationem patrie, ut omnino in dato casu tenetur se offere tyranum, & si resulerit, tanquam jam nocens, & contumacis cogi possit, & morte puniri a republica; sed causa ista non est vera: nam licet bona civis subfert dominio atroci reipublice, ut illo etiam invito, auferri possint pro salute patrie, attamen vita civis non subficit dominio alio principi, seu reipubli. alias pro conservatione patrie ipsa reipubli. potest vitam tollere civi innocentem, quod omnino falsum est, ergo. Infaniam habes in obvius exemplis: sic enim pro conservatione patrie non licet tyranum tradere faminam ad ea abutendum, sacros libros, vel sacramenta ad eorum præstationem, Crucem, vel Imaginem B. V. ad illam in honoram, faceret ad sacrificandum more gentili &c. ergo etiam nec licet innocentem tradere ad occidendum. Ex his solutum manet principale argumentum contraria sententia, quod civis obligetur, & a reipubli. cogi possit ad se præfendantem tyranum, quia Adversarii neclum obligacionem istam, & potestem sufficienter probaverunt. Patentes hic asserti solita nihil evincunt, quia in his non relucet directa competitio ad necem tyranii, v. g. quod reipubli. milites exponere possit cum periculo vite, talen civem non tolerare, sed expellere, & ipsi civis se offerre tyranum &c. *Dices*: *Judex Ecclesiasticus tradendo reum curia seculari, non cooperatur condemnationem ejus ad mortem*, modo præmitat protectionem solitam; ergo neque reipubli. cooperatur peccato tyranii; quia non trahit innocentem hac intentione, quia illum tyranus petiti, sed intentione longe alia, felicitate conservanda patrie. R. Dist. ant. non cooperatur re ipsa, neg. ant. non cooperatur fictione juris, conc. ant. Cooperatio ista

ista est licita, & si præmitat protestatio solita, fictione juris noui censeatur adesse cooperatio ad effectum irregularitatis, cum hoc impediri possit per positionem eius, quod de iure requiritur.

10. R. 6. Reipubli. potest culibet de populo dare potestatem occidendi bannitum in locis, ubi bannus promulgatus est; dummodo sequentia concurrent: ut crimen sit certum, grave, & adhuc pendens in extium reipublica; & ordinario modo puniri non possit: nam tali causa auctem crimen dignum morte, & potestas occidendi: malum vero privatum, quod oritur ex iniuria banniti, si in statu peccati mortaliter occidatur, per accidentem se habet, & postponi debet bono communum reipublice. Quia vero requisita ista raro concurrent, ideo ratissimum licita erit occidio banniti per privatum facta; quia de cetero Reipubli. v. g. ad occidendum cingit, fures, & hujusmodi, plerisque sunt communicatoria, nisi aliud ex subiecta materia colligatur.

11. R. 7. Republica non potest dare potestatem patri, vel marito, ut filiam, vel uxorem in adulterio reprehendentes licite occidat cum adultero: ita com. ex Canon. 6. *inter hac 33. q. ubi prior Can. 5. vel corrigitur*, vel potius explicatur contra mundanas leges. Ratio est 1. quia talis occisio non est necessaria ad bonum Reipublice; siquidem adulteri capi, accusari, & per sententiam condemnari possunt. 2. Nec est conformis equitat: quia iniquum est aliquem inaudacum, & incondemnatum occidere a privato, maxime cum non sit singularis concedendum, quod per magistratum publicum potest expediti l. 136. ff. de R. J. 3. Occidio ista maxime aduersa est salvi externe, quia adulteri si penitentia, & sacramenta morientur. Denique hoc modo datur occasio plura homicidia perpetrandi ex sola suspicione adulteri. His non obstat, l. 20. & 24. ff. ad L. Jul. de adult. nam leges istae, si positivè approbat talen occidendum, iniquae sunt, & sublate per ju. Can. si vero sunt permissive, seu dissimilativa pecuniarum, quod patet, vel maritus non puniatur pecunia L. Cornelie de Sicaris, forsitan permisso ista cohonestari potest ex causa extirpandorum adulteriorum, & justi doloris, quem sentit pater, vel maritus adulteros reprehendens: sicut ob easdem causas excludatur ex communicatione Caronis clericum in adulterio cum filia, vel uxore reprehendens percutiendo c. 3. de sent. exom.

12. Q. III. *An, & ex quibus causis posse aliquis occidere se ipsum?* R. 1. Regulariter loquendo, nemini licet occidere se ipsum: ita comm. ex præcepto: non occides. Ratio est, quia occidere sui a natura est permissa i. 3. ff. de J. & J. ibi: *quod quisque ob tutelam suæ corporis fecerit, jure fecisse exsuffmat*; sed occidere iustificari, quia homo quod vitam, & membra est sub dominio divino, & cont. occidendo se, iudicat jus Dei, qui est dominus vices, & necis iuxta illud Dent. 32. ego occidam, & ego vivere faciam: & quatenus homo est pars communis, occidendo se, facit injuriam communis, ergo. Excede, nisi Deus iubet occidendum sibi ipsius, sicut aliquis Sancta mulier ex impulsu Spir. Sancti propter fidem, & castitatem se ipsas occiderunt, ut Pelagia, Sophronia, Apollonia, & forte etiam Razias 2. Machab. 14. v. 37. & seqq. licet S. D. 2. v. q. 64. n. 5. ad 5. dicat, istam non sufficere veram fortitudinem. Interim hoc naturale præceptum se ipsum non occidendi, in circumstantiis gravissimis ignorari potest etiam a prudenter, sicut Saul petiti se occidi ad Amaletam, Lucretia ob stuprum a Tarquinio filio sibi illatum mortem sibi concivit, & multi bellis duces, ne victori subesse cogerentur, se ipsos interficerunt amore patriæ, quin manefici condementur peccati.

13. R. 2. Non licet ponere actionem certo sui ipsius interemptivam, licet actio ista sit hosti noxia: nam hoc est directe occidere se ipsum: siquidem causa actionis, qua quis certo interimitur, est etiam per se, & directe causa sui interitus. *Excede*, nisi actio ista eligatur per modum ultimi desperati ad evadendum certam mortem aliunde inferendam; quia tunc per actionem istam intenditur, & queritur generalis fides cum divina ope evadendi certam mortem. Unde 1. non licet navem succendere, ne ista ad hostes perveniat, si ex incendio isto immineat tibi certa mors, nisi certo occidendum sis ab hoste, & per hoc incen-

dium spes mortem effugere. Oppositum docent Salmant. tr. 13. p. 2. §. 3. ar. 4. n. 36. 2. Non licet ex alta turri se precipitare, trahendo, seu precipitando secum hostem, licet exinde occidio hostis, & certa vis etatoria, vel magnum reipubli. bonus sequeretur; quia & hoc est directe occidere se ipsum. 3. E contra si ab incendio certo consumendus sis, licet pro ultimo medio evadendi mortem eligis præcipitationem ex alta turri: quia tunc non intendis occidere te ipsum, sed præcipe commitis pericolo mortis ad certam mortem evadendum: sic de aliis causibus similibus discurrendum. Dices: Samson concussus columnis, ut occidet Philisteos, scipio eadem ruina domus interfecit Judic. 16. v. 30. Eleazar attentavit occidere elephantem, a quo certa mors ei imminebat. 1. Machab. 6. v. 43. R. Samonis factum a S. Aug. reduci ad instantium S. Spiritus, qui latenter hoc iudicat, S. D. 2. v. q. 64. ar. 5. ad 4. Eleazar non previdit certainam mortem, sed magnum periculum, cui ad liberandum populum se expone licet.

14. R. 3. Exponere se pericolo mortis ob gravem causam est omnino licitum: maxime si conjunctum sit virtus exercitum, five positive aliiquid agendo, five negative aliiquid omitendo, ex quo indirecte mors sequitur: nam tali causa non occidit quis se ipsum, sed mortem patitur. Unde licet miles pugnat, & in sua statione permanet, parochus sacramenta peltiferis ministrit, civis pro salute patrie se ad necem offert, christianus pro palma martyris non se defendit, naufragans alteri naufraganti, praesertim duci, vel parenti, aut amico tabulam credit &c. Vide cit. Salm. Leff. & alios. An condemnatus ad nihil comedendum, vel ad venenum sumendum, licet possit se conformare sententia judicis, dubitana DD, ad utrumque: S. D. respondet negative 2. v. q. 69. ar. 4. ad 2. quia contra naturam est, ut quis sententiam mortis in se exequatur, cum condemnati sit pati, non vero mortem fieri inferre.

15. Q. IV. *An, & ex quibus causis licite privatum suum proximum occidere?* R. 1. Regulariter nemo privatus licite occidere potest suum proximum etiam delinquenter: nam puntio cum sit tantum publice potestatis, hinc potestas occidendi proprium servum, vel filium, tanquam barbatum, & juri naturali contraria, olim a dominis, & patribus usurpata, merito sublati est 2. In de his, qui sui, & rit. C. de emendat. propria. & rit. de emendat, servor.

16. R. 2. Injūrium aggredirem vita licet occidere, servato moderamē inculpate tutela: S. D. 2. v. q. 64. ar. 7. nam defensio vita culibet a natura est permissa i. 3. ff. de J. & J. ibi: *quod quisque ob tutelam suæ corporis fecerit, jure fecisse exsuffmat*; sed occidere iustificari aggreditoris est species defensionis recto ordinis charitatis conformata: cum charitas dicit suam potius, quam alienam vitam servari, si utraque servari non possit, ergo: unde talis occisor nulli penitentia substat l. 2. & seqq. C. ad L. Corn. de Sicar. Clem. un. b. t. Porro quia occidere hominis est de genere prohibitorum, in foro externo præsumit male facta, nec probarit qualitas necessaria defensionis, & modicamen inculpata tutela, scilicet quod occidere fuerit injūrīus aggreditor, quod defensio fuerit proportionata defensioni, & in continentia facta, ita ut invasus leviori modo se defendere non potuerit.

17. R. 3. In gratiam proximi innocentis licet ex communis sententia iniquum aggrederem occidere, praesertim si iustitia, aut pietas taliter defensionem exigat; ut patris, principis, dummodo servetur moderamē inculpata tutela, Can. 5. & seqq. 23. q. 3. ubi Can. 7. dicitur: *qui non repellit a socio injuriam, se potest; tam est in vivo, quam ille, qui facit*, ubi etiam affectus exemplum de Moyse occidente Aegyptum propter defensionem Hebrei. Ratio est, quia recta charitas dicit, ut proximum innocentem liberemus ab injūrio aggreditore, sicut nonmetipos.

18. R. 4. Licit est occidere furis, si est aggressor sit non tantum honorum, sed & vita; cum moderamē semper inculpata tutela: nam tali causa est defensio mixta pro conservanda vita, & bonis; ergo est licita. Porro si fur nocturnus est, & absque periculo capi, aut expelli nequit, licet eum occidere, quia noctu non facile discernitur, an quis veniat ad furandum, an ad occi-

occidendum? At furem diurnum non licet occidere, nisi is telo, seu armis se defendat, atque ita fiat aggressor vita, c. 3. b. t. l. 9. ff. ad L. Cornel. de Siccar. l. 4. ff. ad L. Aquil. conformiter Exod. c. 22. versec. 2. & 3. ubi sermo est de fure nocturno, & diurno.

19. R. 5. Si fur rem parvi momenti auferat, non licet eum occidere pro defensione talis rei: nam res parvi momenti indigna est, ut propter illam vita homini tollatur: unde Inn. XI. merito dannavit hanc propositionem. 3. Regulariter occidere possunt furum propter conservationem unius aenei. Ex qua propositione sequitur materiam, que sufficit ad peccatum mortale furti, non sufficiens ad licitam occisionem furis, sed requiri multo majorem. Quia vero dicitur regulariter, colligunt DD. aliquando etiam minorem quantitatem sufficere ad occisionem furis, ut si res ista est necessaria ad sustentationem vite, sicut instrumentum artificis, & feminis, quibus fuga non est indecora, nisi terminata in fuga periculum vita, quatenus aggressor eos infreques, necem, aut mutilationem illis interre posset. At si persona sine deinde fugere non potest, ut res magni momenti auferens, comprehendendi non potest, licet occidit pro recuperandis rebus istis, eti per eleicias effet. Id ipsum aperte supponit, c. 6. de fure. excom. in 6. & in iure civ. tradidit l. 9. ff. ad L. Corn. de Siccar. l. 3. b. 9. ff. de vi armat. l. 1. C. unde vi. Conf. crim. Car. V. art. 150. Ratio est, quia bona fortuna sunt necessariae ad ministeria vite, tanquam alter hominis sanguis; ergo fecit ipsam vitam, ita quoque bona fortuna magni momenti licet defendere possit, si via juris, & judicis recuperari non possunt; alioquin si recuperari possint, occidio furis, utpote non necessaria est illicita. Hoc tamen procederet de bonis actu possellis, non vero de bonis in fure, ut patet ex propos. 32. ab Inn. XI. damnata: Non solum licitum est defendere defensione occisiva, que actu possidemus, sed etiam, ad qua jus inchoatum habemus, & que nos possessos speramus. Dices: 1. Inter bona fortuna, & vitam proxima nulla est aquilatia. 2. Charitas dicit, ut salutem, & vitam proximi rebus nostris preferamus. 3. Jura defensionem occisivam permitunt tantum in casu mixto, dum vita, & bona fortuna defendenda sunt. c. 2. b. t. ibi: te, tuncque liberando, c. 10. & 18. ed. Clem. un. b. t. Can. 5. & 6. d. 50. Exod. 22. v. 2. & 3. & ideo permittitur occidi per nocturnum, & non diurnum, ut dictum, n. 18. R. Ad 1. Distinguunt ant. aquilatias ad contumaciam concedunt ant. ad defendantem, si utrumque servari nequeat, negant ant. secus arg. nimis probaret, quod neque iudex furem occidere possit. Ad 2. Respondent, quod eadem charitas dicit, ut prius nos, & nostra defendamus, deinde succurramus proximo in morali necessitate constituto in hoc autem cau si fui impetrat, quod ex malitia sua se committere pericolo vite, & aeterna damnationis. Ad 3. Negant ant. in cit. c. 2. sensu est disjunctus ex L. Iege ff. de V. S. vel ibi concurrit defensio mista: c. 10. & 18. non solum servatum moderamur culpatu tutele, ut legenti patet; Clem. cit. afferendo casum vita, non excludit casum nostrum. Sic etiam Can. 38. d. 50. occidens Saracenos ad defensionem libertatis, pronunciatum immunitis ab irregularitate. Quod dicitur de fure nocturno, & diurno, fundatur in compuni presumptione facti: alioquin inspecta veritate, fur nocturnus occidi nequit, si alter comprehendi possit; & diurnus occidi potest, si alter res magni momenti per illum sublata recuperari nequeat.

21. R. 7. Injustum aggressorem pudicit, si feminis alter repellere non potest; neque fugere, licet occidit: nam virginitas est magnum bonum feminis, quod semel amissum, non redit, ergo licet illud defendere occidive.

Hoc quidem est multorum opinio, sed habet suos contrarios.

22. R. 8. Injustum aggressorem famam, vel honoris

non licet occidere, sive sit aggressor verbalis, v. g. infando, aut effundendo calumnias, sive realis, v. g. vita honorato insilens alapam: ita hodie certa sententia, & oppositam dannavit Inn. XI. n. 17. & 18. Ratio est, quia occiso ista non est medium necessarium ad defensionem famae, cum dentur alia iuris remedii: ut actio injuriarum, ad palindram, retorsio verbalis; neque est medium utile; siquidem occiso ista calumnia impatitur non tollit, sed auger: ut futurum vero calumniam, qua multis modis impediti potest, nullo modo licet occidere, cum ex fura suspicione, & opinione probabili, presertim circa futurum eventum, neque iudex condemnare possit, ergo.

23. R. dices, quid agendum, si realis aggressor horro fuisse, baculo, vel alio modo proximum suum vult inhonore? R. Si persona invadenda sine dedecore fugere potest, tenetur fugere, neque expectare potest, & se occidere defendere, ut plebeii, clerici, religiosi, & feminis, quibus fuga non est indecora, nisi terminata in fuga periculum vita, quatenus aggressor eos infreques, necem, aut mutilationem illis interre posset. At si persona sine dedecore fugere non potest, utr milites, & viri nobiles laici, non tenetur fugere, sed arma armis, & instrumenta instrumentis opponere potest, non tamen occidere ob colum honorem. Si vero aggressor persistat, & periculum vite ab eo imminet, licet vim ut repellere in continentis; & si aliis modis levior non sufficiat, etiam occidere se defendere: nam in hoc casu defensio occisiva non est praeceps propter honorem, sed propter vim in vitam, & membra. Dices: 1. Vitam, & bona licet occidere defendere; ergo & solam famam, que pari passu ambulat cum vita, l. 8. 9. 2. ff. quod met. caus. l. 9. ff. de manu. vind. Can. 38. d. 50. & contra naturam est famam suam negligere Can. 10. nolo. 12. 9. 1. Can. 56. non sum. 11. q. 3. Distinctio illa fugienda cum, vel sine ignorantia, est ignota iuri: nam qui aggressorem sine periculo declinare potest, fuga est illius honoratio, quam occidio: unde ab irregularitate non excusat, nisi occidens aggressorem, quem aliter declinare non potuit, Clem. un. b. t. ergo. R. Ad 1. neg. conf. nam licet fama, sicut vita custodienda sit, & non malis moribus macula, non tamen codem modo defendenda: si quidem multa dantur juris remedii recuperanda, non vero vita ablativa. Ad 2. neg. ant. nam persona valde honorata, & generosa nullo iure obligantur ad fugam; ergo persistendo, iure suo utuntur, (quoniam in praxi id sit valde periculosum) neque per hoc occidere intendunt, nisi aggressor vita, & membra eripere tentet. Qui modus, cum sit licitus, nullam irregularitatem inducit, neque censetur exclusus, sed potius comprehensum in cit. Clem.

24. R. 9. Non licet occidere falsum accusatorem, fallos testes, & iniquos judices, a quibus certo immunit iniqua sententia, licet damnum alia via non possit evitari. Oppositam propos. n. 18. damnavit Alex. VII. nam si sententia primo ferenda est, mera oritur suspicio de ejus iniuritate; quod sufficere utique non sufficit ad homicidium: si vero iam data est, adfuit ordinaria juris remedia ad illam corrigendam, ita ut occidio nulla modo sit necessaria. Preterea damnatio operis sententia fundatur universalis pericolo damnorum, injuriarum, & perturbationum reipublicae: nam homines proprio amore, & nativis passionibus exerciti, facile conciperent stiam occidentem, & aliorum contra se iniuriantem, lites homicidii dirimirerent, & neglegit judiciorum cursu, platinas eades perpetrandae cum ingenti Reipubl. detrimento. Dices licet occidere defendere bona fortuna, in sensu cit. DD. ergo a pari. R. Neg. conf. nam dum bona defenduntur, datum est actu certum, & alias modis non sufficiat bona recuperandi, quorum neutrum adest in nostro cafu.

25. Q. V. An licet procurare abortum? R. Negative, sive sit fetus animatus, sive inanimatus; eti puella deprehensa gravida deberet infamari, vel occidi, eti roti communatis dampnum aliquid exinde imminet: ita com. & oppositam propos. n. 34. damnavit Innoc. XI, nam procuratio abortus est intrinseca mala, & contra finem generationis, & bonum speciei humanae; ergo noe est licita ob quamcumque causam extirpare, sicut nec pollutio. Si fetus est inanimatus,

non est proprie homicidium, sed crimen homicidio affine: si vero est animatus, est proprie homicidium, cum per abortum homo examinetur. Ex com. sententia masculus animatur die 40. & femella die 80. quia natura prius generat id, quod est perfectius.

26. R. 2. Non licet matri ad salvandam vitam suam direcere procurare abortum fetus inanimatus, seu fumare pharmacum directe, & per se expulsivum fetus: ita Salmant. cum cit. contra Sanch. &c. nam directe expellere fetus est intrinseca mala, & peccatum mortale homicidio comparandum c. 5. b. t. sed cohonestari non potest propter salvandam vitam matris; quia non sunt facienda mala, ut eveniente bona, ergo a. Ideo maxime licet ista expulsum fetus, quia in hoc casu fetus est iniquus aggressor vita matris, qualiter ob mala extrinseca, ut infamiam, vel mortem, fetus non aggredit matrem; sed in hoc casu fetus non est iniquus aggressor matris, tum quia per se non petit mortem matris, sed folum petit conservari, & nasci, ad quod jus a natura habet; neque per se dat causam occidivam matris, sed mors eius per accidens sequitur ex indispositione proprii corporis; tum quia copia feminis humani non est iniquus aggressor hominis; & ideo non licet procurare mortalem, eti ex abundantia feminis mors intuatur, ergo, 3. Fetus animatus non licet directe expellere ob vitam matris, ut adversari facientur, ergo neque inanimatus: siquidem animatus que, in magis aggredi censetur matrem, quam inanimatus. Hic tamen excepti videtur casus, quo fetus est corruptus, quia non retinet naturam fetus, sed transit in materiam putridam. Dices: Licet resecare partem propter conservationem totius; sed fetus est pars ventris l. 1. s. 1. ff. de insip. ventr. ergo. R. Arg. nimis probate etiam de feto animato. Fetus diciatur portio matris, quod juxta SCta ante nativitatem peti non posset a patre: re ipsa vero est homo vialis distinctus a matre, & serviens bono speciei humanae, non autem bono individui matrem, sicut aliæ partes proprie tales. Reliqua paritates, que hic obiciunt, solventur ex eo, quia ex eis plus non sequitur, nisi indirecte occiso, aut expulso.

27. R. 3. Mater periculoso morbo laborans, potest licet sumere pharmacum directe, & per se fui sanitatum; licet per accidens timeatur fecutur abortus fetus, five inanimatus, five animatus, Sanch. Salmant. cum cit. nam mulier ante conceptionem habet ius sumendi pharmaca sanitati sua conductentia, quod jus non amittit concepto fetus, eti per accidens timeatur abortus. Unde, sicut antea, uti potest balneo, incisione, vel adustione; quia actiones ista sunt clericis prohibite. Excipe, nisi mors aliunde sequetur ex vi morbi, non vero ex tali incisione, vel adustione; vel si clericus peritus in cauus necessitatibus, quo laicus peritus haberi nequit, omni diligentia adhibita, talem incisionem, vel adustionem exerceret: nam Ecclesia non censetur prohibere hoc opus charitatis, & infernum private tali auxilio: & aliunde necessitas facit licitum, quod in lege est illicitum per reg. 4. in artiq. 2. Qui infirmo contra praescrpcionem medicis dat medicinam, petitionem, aut quid simile, ex quo mors acceleratur, vel si imperio exercet chirurgiam, medicam, balistariam, digladiatori, aut aliam artem periculofam, secuta morte, fit irregularis; quia dedit operam rei illa, licite per se induxit mortis; unde irregulares sunt. Clericus in bello dimicans, si quem occidat, vel si exercitat artem chirurgiam, aut medicina cum incisione, vel adustione; quia actiones ista sunt clericis prohibite. Excipe, nisi mors aliunde sequetur ex vi morbi, non vero ex tali incisione, vel adustione; vel si clericus peritus in cauus necessitatibus, quo laicus peritus haberi nequit, omni diligentia adhibita, talem incisionem, vel adustionem exerceret: nam Ecclesia non censetur prohibere hoc opus charitatis, & infernum private tali auxilio: & aliunde necessitas facit licitum, quod in lege est illicitum per reg. 4. in artiq. 2. Qui infirmo contra praescrpcionem medicis dat medicinam, petitionem, aut quid simile, ex quo mors acceleratur, vel si imperio exercet chirurgiam, medicam, balistariam, digladiatori, aut aliam artem periculofam, secuta morte, fit irregularis; quia dedit operam rei illa, licite per se induxit mortis.

28. R. 5. Nam operam rei illicita, qua per se non est periculosa, nec mortis induktiva, non sit reus homicidii, si hoc per accidens sequatur: ita com. in re: nam sic operando, nec directe, seu in se, nec indirecte, seu in causa, insultu in homicidium; dummodo ex defectu diligenter nulla subfa culpa. Unde non sit irregularis adulter, si ratione illius occidatur ad ultra.

Ita etiam ex Decreto Cong. Concil. 22. April. 1679. relatum in Thebaue. Refol. ejusd. Cong. in fol. 2. Octobr. 1723. In nullius provincie Compostellana in causa Clerici Palentini, ob cuius adulterium commixtum, uxor occisa fuit a marito.

Quod hic dictum est de actione, id proportionaliter sentendum de omissione culpabilis ad homicidium concurante.

29. Q. II. An, & quando mutilatio membrorum sit licita, & illicta? R. 1. Homo membrum sanum non potest sibi licite amputare, vel curare per alium amputari: nam non est dominus, sed custos membrorum suorum. Facta quorundam Sanctorum reducenda sunt ad insinuum Spiritus Sancti. At contra membrum putridum, & totius corruptivum, licite absecatur propter conservationem totius, cui defervit. Si autem scissio membra fieri debet cum magnis doloribus, regulariter nemo obligatur, neque ad eam cogi potest a publica, vel prelatis; quia ad extraordinaria, & horrenda vita remedia nemo teneat, nisi forsan persone vita valde esset necessaria bono communis: quo cauus infirmus faltum ex charitate teneretur pati talen scissionem.

34. R. 2. Ex causa vitandi peccati; v. g. incontinentie, non licet se castrare: nam non sunt facienda mala, ut eveniant bona: neque hoc remedium necessarium est ad castitatem, cum datur alia plurima: imo nec est utile; quia ut testantur Patres, castrati ingentibus conceupientis simul agitantur. Multo minus castratio est licita ad conservandam suavitatem vocis; quia huc nec est tanta, ut ob illam injuria Creaturae inferatur; nec per se necessaria ad conservationem totius; ob quam solani causam licet amputari membrum docet S. D. 2. 2. q. 65. ar. 5.

35. R. 3. In causa, quo altera vita totius suecuri neque, probabilis licet amputare membrum sanum, Salmo, cum cit. contra Sot. Bannez, Arragon. &c. nam tali causa eligitur minus malum ad vitandum magis, seu interitum totius: & recta ratio dictat, quod pars defervens toti, absecere possit, ne totum pereat. Unde alligatus polo, si certo consumendum sit a sera, vel incendio, abscondere potest manum alligatum, ut furem valeat; & si certa mors intentetur a tyranno, nisi quis sibi manum abscondat, vel lingua amordeat, vel oculum eruat, potest simile membrum truncare, ut rotundum reliquum corpus conservet. Nec obstat, quod civis innocens occidi nequeat ad petitionem tyranni, excludit patris minanti: nam respubl. non habet dominium, nisi politicum in cibis: & cum innocens ei non noceat, non habet potestatum eum occidendi: & contra homo habet jus naturale circa membra sua, ut de illis disponere possit, prout melius est naturae totius; ergo si necesse sit abscondi membrum sanum, ut servetur totum, abscondi poterit; cum abscondio ista unice ordinetur ad conservationem totius.

§. III.

De Peccatis homicidii, & mutilationis.

36. Q. I. Qua sit pena homicidii? R. De jure clibili. 1. Peccatum homicidii dolosi, seu scienter facti, est ultimum supplicium, quo tenentur non tantum physice, sed & moraliter occidentes, ut mandando, confabendo, falsum testimonium deponendo &c. §. 5. Inf. de publ. jud. 1. 3. 15. ff. ad L. Corn. de Sicar. Conf. Crim. Car. V. arr. 127. conformiter c. 9. Gen. quicunque effuderis humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Et quidem 1. Si homicidium sit simplex factum in rixa, vel semibrietate, pena illius est gladius. Clar. 2. Si vero homicidium sit qualificatum, pena illius exasperatur secundum locorum confusitudinem. Sic enim homicidio premeditato, maxime si factum sit proditione sub specie amicitiae, saltem communis, vel ex infideli, decerni solet rotula, forcipes candentes, afflanni previa usulatio, & raptatio ad caudam equi, dissecatio corporis examini in frusta. De pena parcidie dixi supra tit. 10. 3. Homicidium culposum punitur, non pena ordinaria, sed extraordinaria militiori juxta facti, & perforarum qualitatem, cum ad penam ordinariam praerequantur in delinquente dolos, cui non sequales culpa lata. L. 7. ff. ad L. Corn. de Sicar. 4. Peccata matris procurantis abortum fetus animalis est ordinaria parcidie, aut homicidiu respectu abortus cautians l. 39. ff. de panis; quamvis plerisque mitius puniri solet mater, qua culpabiliter infans in utero peremerit, Decianus. Si vero fetus non fuit animalis, de quo certo confer, tunc infelix potest pena arbitriari, ut fuditigationis, exiliis &c.

40. Ex Constit. Sixti V. Effrenatum a procurante abortum fetus tam animali, quam inanimati, effelut sequuntur, incurvrebatur ipso facto excommunicatione Pape reservata: sed d. Confit. moderata est, ut infra n. 46. ~~¶~~

37. R. 2. De jure Can. Homicida laicus debet excommunicari Can. 20. itaque 24. 9. 3. nisi per presentiam satisfaciat. Hodie, cum iudex Ecclesiastus raro procedat contra homicidas, etiam raro est locus huic pena. Clericus vero homicida punitur inhabilitate ad obtinenda beneficia, depositione ad ordine, & officio per sententiam judicis, detractione in monasterio, hodie in carcere, vel damnatione ad tritem: & tandem si sit incorrigibilis, degradatione c. 6. §. fin. b. t. c. 10. de jud. Trid. S. 14. c. 7. de refer. 2. Al-

tera pena, quam jus Can. etiam in foro interno intendit, est pena civilis, seu compensatio omnium damnum ex homicidio, vulneratione, aut mutilatione consequentium, cum justitia commutativa exigat hanc reparationem dannorum. Et quidem, si in damnificante fuit culpa theologica, compensatio facienda et ante ullam sententiam judicis: si vero fuit tantum iuridica, saltem post sententiam damna compensanda fuit ex L. Aquil. l. 7. ff. ad L. Aquil. c. 1. de injur. licet nobiles, & divites, si malefacto condigne punitus sit, rarer petant compensationem pecuniariam. Quid vero, & quantum solvendum sit, dissentient DD. nam multi volunt etiam pro vita ablata, membro amputato, dolore caufo, solvendum esse per bone inferioris ordinis: sed quia haec non recipiunt assimilationem pecuniariam in libero homine, ideo alii melius dicunt pro his nihil solvendum esse, sed praeceps pro medietate, pro damnis temporalibus, que obvenient vidue, & liberis occisis, pro lucro cessante, conformiter Exod. c. 21. v. 19. l. fin. ff. de his, qui effuderis. non tamen pro funere, nisi quis occisus sit in loco alieno, ubi impensis longe maiores facienda sunt, quam in loco proprio. In praxi suadenda est transactio, seu amabilis compositio, cum difficile sit dannorum quantitatem estimare. In foro autem interno tantum restitutes, quantum, si tu leuis fuisses, sincere velles tibi restituvi. De hac materia utiliter consulte Salmant. tr. 13. punct. 6. 7. 8. Laym. &c. 2. Peccata tercia est irregularitas, de qua in seq. quest.

38. Q. II. An, & quando ex homicidio necessario, seu iusto incurvatur irregularitas? R. 1. Qui iuste alterum occidit, vel in privatam defensionem fuit, aut proximi, vel in bello defensivo in publicam defensionem Ecclesie, aut patrie, nullam contrahit irregularitatem: ita com. cum S. D. 2. 2. q. 64. ar. 7. & decidit Clem. un. b. t. c. 1. de immunit. Eccle. nam irregularitas contrahitur vel ex delito, vel ex defectu; sed dicto modo occidens, non committit delictum, cum iuste occidat, nec ponit defectum lenitatis christiana, quia iuste naturali charitatis, aut iustitia inducit fuit ad hanc occisionem, atque ita nihil egit contra lenitatem christianam, ergo. Nec est partus a justice, & ministris iustitia: nam his voluntarium est homicidium saltem in causa, quatenus officium suum voluntarie supererit, & aliunde Ecclesia in actibus capitalibus non agnoscit lenitatem christianam: fecit est in nolto casu. Hic excipe casum, quo in occidente excederetur moderanter inculpate maledicti; vel si clericus, dum laici sufficiunt, pugnaret in bello defensivo, & aliquem occideret: quo fenus explicatur cap. 24. b. t. Can. 5. & 6. d. 50. Trid. sess. 14. cap. 7. de reform.

39. R. 2. Clericus, vel laicus pugnans in bello iusto offensivo, esti in periculo vite aliquem occidat, contrahit irregularitatem ex defectu christiane lenitatis Can. 1. & 4. d. 51. nam tale homicidium est voluntarium in causa, in quantum quis voluntarie nomine dedit militiam. At si quis propriis manus nullum occidit, non sit irregularis c. 24. b. t. ubi exprimitur causa interfectionis a presbytero facte: licet ex styllo curie, & declaratione S. Cong. reputetur irregularis clericus, qui dans nomen militiae, armatus servit in bello, & stipendiis accipit, etiam si se non exerceat; quo casu etiam beneficiis ipso jure privatur, S. Cong. in Firman. 13. Jan. 1618. & indiger dispensatione ab irregularitate. S. Congr. in Iepens. 13. Jan. 1703. At in genere exhortantes ad fortiter pugnandum, five clerici, five laici, cum ad nullius occisionem per se, & proxime influant, nullam irregularitatem incurvunt. Contra accidit in bello iusto: nam in hoc si vel unicus occidatur, omnes injussi pugnatores, seu una causa mortalis, sunt irregularares ex delicto, c. 6. §. fin. b. t. Can. 4. d. 51.

40. R. 3. Ex homicidio iusto ad sententiam judicis ipa concesso, incurritur irregularitas ex defectu lenitatis christiana Can. 1. d. 51. Can. 29. & seqq. 23. q. 8. c. 5. 9. ne Clerici c. 10. de excessib. Prolat. &c. nam Ecclesiae videtur inconveniens, ut ad latorem Christi, Agni mansuetissimi, & invenienti admittantur iuri, qui iudicio, & ministerio sanguinis occurrant. Sic etiam in veteri testamento Deus noluit sibi adificari templum a Davide, qui multum sanguinis fudit,

fudit, sed a Salomone Rege pacifico, r. Par. 22. v. 8. Ponit hoc irregularitate ligantur iudex, sententiam profectus, & allelores eius, accusator, vel denunciator ad vindictam publican: fecit si tanquam interesse suum privatum persequetur; advocatus accusatoris, testes deponentes contra reum, notarius sententiam capitalem scribens, ministri exequentes sententiam, & canes alii, qui auctoritate publica concurvant ad prolationem, vel executionem sententie, ita ut nulla protestatio eis liberet: ita com.

41. II. E contra ab hac irregularitate liberi sunt: Papa, qui suis legibus quoad penas, & inhabilitates non ligatur: Inquisitoris hereticae pravitatis, corrumque officiales ex privilegio Pauli IV. & Pii V. Prelatus iurisdictionem politicam imperii meriti delegans c. fin. ne Clerici in 6. vel clericum degradatum ita de curia seculari cum solita protestatione, & intercessione, non traditus, morte afficiatur. Advocatus rei, & testes pro deponentes, actor, five clericus, five laicus, qui tantum civiliter ad interficie agit contra malafactorem, c. 2. b. t. in 6. Denunciator, qui injuriam tertio, vel reipublica malefactore intentanden denunciat, cum Sac. canones non velint impeditre obligacionem naturalem ad malum avertendum. Secus est, si quis denunciat injuriam jam factam ex fine publice vindicta. Muto minus has irregularitatem tenetur, qui valde remote concurrent ad condemnationem, ut princeps condens curia criminalia, magister, doctor, aut confessarius de illis respondens, vel nolens absolvere iudicem, qui ex malitia renuit condemnare reum &c. Si sententia ex quocumque capite suum non fortiorat effectum, etiam per dispensationem principis, publici ministri iustitia omnes liberi sunt ab hac irregularitate, c. 4. de raptor. S. Congr. in S. Severin. 2. Jun. 1703.

42. Q. III. An, & qui ex homicidio privato injuria faciat irregulariter? R. 1. Irregularis ex delicto homicidii sunt omnes, qui occiderunt proximum sive physique, ut percutendo, venenum dando, vulnus lethale infligendo, sive mortaliter concurrendo, ut mandantes conscientes, consilientes, non impeditentes, qui saltu ex iustitia impeditre tenabantur, c. 8. d. 50. c. fin. b. t. in 6. non tamen ratiocinantes habentes homicidium suo nomine factum, quia hi proprie non influunt in homicidium: neque tali ratificatione aliquo jure annexa est irregularitas: extenso vero a partite c. 23. de sent. excom. in 6. non est ea facienda in his penitentiis. 2. Mandans aliquem injuste verberari, si mandatarius excedens fines mandati, hominem occidat, vel ab ipso occidatur, sit irregularis, c. fin. b. t. in 6. qui mandans culpam, & causam occisionis posuit. At si quis iuste v. g. pater, aut magister, curer aliquem verberari, licet mandatarius excedat fines mandati, cefat illa irregularitas; ut etiam in causa, quo mandans revocavit mandatum, ejusque revocationem intima mandatario: nam in priori causa cestat culpa; in posteriori vero mandatum revocatum non influit in occisionem, quam mandatarius ex pertinacia sive ponit. Dices: Conflitarius, eris revocet conflitum, tamen secum morte, sit irregularis; ergo a pari. R. Neg. const. nam recipiens conflitum, deinde non agit nomine conflitentis, sed nomine suo proprio, neque hoc conflitum efficaciter dante potest revocari, & conf. hoc conflitum influit in mortem; & contra mandatarius operari tantum in virtute mandantis, & conf. si mandatarius revocetur, mandatarius nihil habet a mandante, quod influit in homicidium; sed hoc, si sequatur, praesertim adscribitur perversi voluntati mandatarii; ergo. Adverte, tamen probable esse conflitum non fieri irregulariter, si omnem possibiliter diligenter adhibuit, ne ex conflito suo jam revocato mors sequeretur: nam conflitum non habet se sicut venenum datum; ergo influxus eius moralis videat tolli posse per possibilem diligentiam pro impedienda morte adhibitam.

43. R. 2. In rixa, si plures percussent, & non sejant, qui occidetur, omnes sunt irregularares Can. 4. & fin. 23. q. 8. c. 5. ne Clerici c. 10. de excessib. Prolat. &c. nam Ecclesiae videtur inconveniens, ut ad latorem occidatur in aucto autem civilis arbitrio punitur. At si, v. g. quatuor sint in domo, & unus, jacto lapide, transirent occidat, nullus in particulari censor deliquerit, nisi de uno certo probetur delictum. 44. R. 3. In dubio facti, an clericus ictum letab-

lent in infirmitate, confundens est irregularis quoad unum effectum non celebrandi divina mysteria: ita casus iste specialiter deciditur c. 11. 12. 13. b. t. dummodo evenitus homicidii, sed mortis secunda sit certus. Ratio est, quia licet in aliis materiis, stante dubio facti, favetur libertati contra irregularitatem, arg. c. 18. de sent. excom. in 6. tamen in materia homicidii pars tutor eligenda est, ne Agnus innocentissimus immoletur ab eo, qui perculit, & forsan homicida fuit. Aliud dic, si vulnus leve fuit, & mors consecuta est ex imperita chirurgi, vel ex inordinata vita perculsi, vel ex alia causa extrafencia.

45. Q. IV. An ex homicidio culpo contrahatur irregularitas? R. Affirmative: ita c. 1. 7. & c. b. t. c. fin. ed. in 6. Et quidem in foro externo sufficit culpa iuridica non tantum lata, sed etiam levis c. 7. 8. 9. b. t. in foro autem interno requiritur culpa theologica, mortalis, ob quam secunda est homicidium; quia irregularitas, cum sit pena gravis, requirit delictum grave. Hac distinctione conciliant varia iura, ut c. 7. 8. 9. 13. 14. 18. 22. b. t. &c.

46. Q. V. An ex procurata abortu mas contrahatur irregularitas? R. Affirmative, si factus fuit animatus, cum sit verum homicidium. Vide Const. 87. Sixtinam. Ad effrenatum, ubi statuuntur diverse penae contra eos, qui directe, vel indirecte per se, vel per alium, opere, vel consilio procurant abortum: 1. Irregularitas, & inhabilitas ad omnia beneficia, tam simplicia, quam cutata. 2. Privatio beneficiorum actu habitorum, & omnium privilegiorum. 4. Excommunicatione ipso facto incurvenda. 5. Clericus hujus delicti reus debet deponi, & degradari, siue degradatus curia seculari trahi. Ex his penas irregularitas, excommunicatione, & inhabilitas ad beneficia obtinenda ipso facto ante sententiam; cetera vero post sententiam iudicis factum exminis declaratoria incurruntur. Di etiam Constit. Sixtinam moderatus est Greg. XIV. Const. 8. incip. Sedes Apostolica. 1. Si factus non est animatus, sed effrenatum, ubi statuuntur terminos iuris communis reducitur. 2. Si factus animatus est, Episcopus per se, aut deputatum absolvere potest ab excommunicatione, pro foro interno tantum, non vero dispensare in irregularitate per Trid. S. 24. c. 6. de refer, ubi causa homicidii, qualis etiam est in abortu factus animatus, specialiter excipitur.

47. Q. VI. An ex mutilatione membra contrahatur irregularitas? R. 1. Mutilans membrum, velita illud debilitas, ut exatessat, sit irregularis. Can. 4. & fin. d. 55. & c. fin. b. t. in 6. & c. 5. ne Clerici: fecus si membrum tantum, debilitatis sine arcificatione, vel si membrum antea aridum abscidit: nam membrum debilitatum adhuc manet membrum; aridum vero non est membrum. 2. Vulnerans alterum, & deformans, v. g. in facie, non sit irregularis, quia non mutilat, licet ab injuria factam puniri possit; ut deformatus, si deformitas est notabilis, sit irregularis secundum dicta tit. de corp. viat. Mutilatus vero per nequitiam alterius, tunc solum efficiuntur irregularis, quando prius vulnera membrum non habet manet membrum; ut si manu, vel oculo sinistro mutilaretur, vel si talis mutilatio turpitudinem externam induceret: fecus non sit irregularis, ut si violenter castretur, &c. 3. Mutilatio, & homicidium quadam irregularitatibus equivarunt in eo solum, quod in jure dispositum de irregularitate mutationis, si rigorem contineat, procedat etiam de irregularitate homicidii; non quidem propter partitatem rationis, sed propter argumentum a parte ad totum: e contrario dispositum de irregularitate homicidii non extenditur ad irregularitatem mutationis: unde licet Episcopus vi Trid. S. 24. c. 6. de refer. non possit dispensari in irregularitate occulere homicidii, potest tamen in ea dispensari, si oritur ex delicto occulto mutationis, S. Congr.

48. Q. VII. Quis dispensare possit in irregularitate homicidii, vel mutationis? R. 1. Papa, licet ob reverentia precepti Apostolici non soleat dispensare in irregularitate homicidii. Ceteri prelati, Papa; inferiores non possunt dispensare in hac irregularitate pro foro externo, quando delictum est notarium notoriectate facti, vel juris post condemnationem rei. Quodam delectum patratum fit coram pluribus, qui illud celare volunt, vel inhabiles sunt ad testimonium, vel si tan-

tum diffamatum sit, vel deductum quidem ad judicium, non tamen probatum, adhuc censetur, esse occultum.

49. R. 2. Episcopus nequit dispensare pro foro interno in irregularitate occulta proveniente ex homicidio voluntario, praefitum qualificato; ut si sit prae-meditatum, ex infidelis, proditorum &c. ita causus iste excipitur in Trid. S. 24. c. 6. de reform. nec evenire causus urgentis necessitatis, & difficilis esset recursum ad Papam. Contra vi cit. Trid. Episcopus dispensare potest in irregularitate occulta proveniente ex mutilatione, vel ex homicidio non voluntario; quale est omne casuale: item necessarium, in quo moderatam inculpata tutela non est servatum: & probabilitate illud, quod quis per accidentem, & indirecte committit, v. g. in rixa occidendo autorem rixae, ne ab eo occidatur, Nav. Layi. Reiff. quia talia homicidia comparantur causa aliis, neque in rigore sunt voluntaria.

50. R. 3. Praetali regule ex vi sutorum privilegiorum cum suis religiosis dispensare possunt in irregularitate proveniente ex homicidio occulto, etiam voluntario; sive hoc commissum sit ante, sive post ingredium religionis: ita concessisse Martini V. Paulum III. Sixtum IV. & V. S. Plini V. alioquin Pontifices passim referunt Scriptores Regg. Peyr. Ant. a Spir. S. Salmanticens. & alii, uti & Compend. Privil. Minor. Societ. Jesu &c.

*Quidquid sit de privilegiis direxte, & expresse concessis circa huiusmodi dispensationem variis Ordinationibus regularibus, quorum tenores semper sunt specie-
tim inspicendi: respectu Regularium per viam tan-
tum participatione iisdem privilegiis gaudemus etiam cum classula- parvissime, & ex parte principali-
ter, perinde ac si in specie eis concessa fuissent - le-
torem remitto ad sequens Cong. Com. responsum a
me recognitum, quod cum integra supplicis libelli se-
rie reperio, prout reperitur in Regestis ejusdem S. Cong.
lib. Decret. 35. pag. 145. Dubia facultas absolvendi,
& dispensandi 14. Aprilis 1685.*

Omnibus, & singulis Cong. S. Mauri Ordinis S. Benedicti personis concessum est a fel. recor. Summis Pontificibus Gregorio Papa XV. Bulla data anno 1621. & Urban. Papa VIII. an. 1628. uti, trui, potiri, & gaudeere omnibus, & singulis privilegiis, gratias, & libertatibus concessis Congreg. Caffinensis, S. Victorii, & omnibus quibuscumque Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, Militariis, & Hospitalariis.

Concessa est eadem PP. Caffinensis facultas absolvendi in utroque foro, & dispensandi super censuris, irregularitatibus, & inhabilitatibus monachos suos, qui ante religionis ingressum, homicidio voluntarii, aliquis patratus facinoribus irregularitatis, & censuras incurrit; ut patet ex Brevis Eugenii Papa IV. Roma Kal. Aprilis Pontificatus XI. Innocent. Papa VIII. Kalen. Novemb. Pontificatus anno III. beatiss. mem. Pii Papa V. idibus Jul. anno 1571. datis.

Concessa est eadem facultas PP. Congreg. Montis Oliveti a Pio Papa IV. Bulla data anno 1560. die 24. Maii Pontificatus anno primo.

Sed & PP. Praedicatoribus Dominicanis Bulla Julii Papa II. data an. 1510. Pontificatus anno VII.

Nec non & PP. Societatis Iesu Bullis Pauli Papa III. anno 1549. 15. Kal. Novemb. Pontificatus anno XV. & Gregorii Papa XIV. anno 1591. datis.

Cum itaque PP. Cong. S. Mauri data fuerit facultas ab Urbano Papa VIII. utendi, gaudendi, & fruendi omnibus privilegiis alius Congreg. & Ordinibus concessis non solum per participationem, & extensionem, sed perinde ac si illa omnia in specie eidem Congreg. concessa essent, Procurator Generalis ejusdem Congreg. humiliter instat declarari.

Primum. An superiores dicta Cong. licite, valide que possint absolvere in utroque foro, ac dispensare super irregularitatibus, & censuris suorum monachorum per homicidium, vel in bello, vel in iugis, alii que motibus quasi indeliberatis contractis?

Secundum. An eos possint rehabilitare ad suscep-tionem Ordinum, dignitatem, & prioratum, seu capellaniarum regularem?

Sac. &c. Ad utrumque respondit-Negative,

51. R. 4. Confessarii regulares, sicut Episcopi, dispensare possunt in hac irregularitate occulta cum se-

cularibus penitentibus; dummodo non oriatur ex homicidio voluntario: ita concessit Sextus IV. Ordini II. Confessi incip. *Dum ad sacram.* Paulus III. Confessi. incip. *Cum inter cunctas.* Et quamvis Caffinensis, Suan. & alii dicant non esse satis secundum hac facultate uti, Salmanticens tamen cum multis aliis gravissimis DD. afferunt omnino licitum esse utrum huic facultatis, cum eam revocatam fuisse non constet. Vide Salm. 17. 10. c. 7. p. 4. n. 59. & seqq. &

Hic iterum lectorum remitto ad alterum, & qui dem generale ejusdem Conc. responsum, quod a me reperio, transcribo una cum integra supplicis libelli serie, prout reperitur in Regestis dicto Cong. lib. 24. Decret. pag. 26. a tergo 9. Februario 1664.

Caducens dispensationis. Supplex narrat D. Episcopus Caducensis, in hac diacl. nonnullos Regulares facultatem in irregularitatibus occulitis ex delicto contractis dispensandi sibi assumere; que cum per Consilium Episcopis permissa fuerit, ab iisdem Regularibus non abeque disciplina ecclesiastica relaxatione usurpat: quare petit, ut ex hac S. Cong. declaretur.

An facultas attributa Episcopis in cap. 6. s. 24. de refor. intelligatur etiam concessa Regularibus, five corum superioribus.

Cong. Conc. censuit, non intelligi concessam.

Idem responsum dedit ad dubium mente Julio an. 1583. in causa pro Commissario Ordinis Minorum Convenientiam in regno Sicilia, ut lib. IV. Decret. p. 43. &c.

TITULUS XIII.

De Torneamentis.

1. In hoc, & seqq. duobus titulis continuatur crimen homicidii, cuius causa etiam sunt *torneamenta*, seu *bellostria* *solemnia*, in quibus milites, nobiles, & alii ejusmodi homines convenire solent ex condito, & congregi ad ostendendam audaciam, & pertinaciam bellandi, & virum fortitudinem. Torneamentis similis est agitatio taurorum, seu concertatio cum bestiis.

2. Q. 1. *An licita sunt torneamenta?* R. 1. Si sunt cum moderatim, & per arma hebetata, ut nullum sit periculum, & se sunt licita laici, non clericis: nam talia umbratilla exercitia sunt ob solemnem dei, v. g. in principium inaugurationis, diebus natalibus, triumphi &c. & licet prohibita fuerint a Clem. VI. in Conc. Vien. propter sumptus, qui tunc potius applicandi erant bello facio, tamen prohibito ista ad initiantiam Regis Francie, & Navarre, & principum Germanie sublata est a Joan. XXII. Exirav. un. b. t. Clericis tamen ob indecentiam sub pena anathemas prohibentur talia exercitia a Concil. Herbipol. Salisburg. G. 1.

3. R. 2. Torneamenta periculosa cum armis acutis, & cuspidatibus sunt gravior illicita, & utroque jure prohibita: ita c. 1. b. t. ubi exercita ista vocantur *de-
testabiles mundine*, & *feriae*, in quibus aliud expectari nequit, nisi periculum vita corporalis, & salutis terrena: unde etiam Constant. l. un. C. de gladiatoriis. cruenta spectacula, uti sunt torneamenta, penitus sublata volvit. Quibus iuribus corrigitur l. 7. §. 4. ff. ad L. Agil. l. 2. §. SCIM ff. de aleator. & similia jura etiam confutudinaria, liquid contrarium decernunt, cum jure naturali confutudo derogare non possit c. fin. de confusione.

4. Q. 2. *Quae sunt penae pugnantium in torneamen-
tis?* R. 1. Occidens punitur pena ordinaria l. Cornelie de Sicar. laicus vero occidens, eti ante mortem penitenti Ecclesie Sacramenta perceperit, privatus laeta sepultra, idque ad terrerem aliorum, c. 1. & fin. b. t. can. 6. seqq. 26. q. 6. Hec tamen non extenditur ad eos, qui per accidentem propter recipienda sua credita, vel propter curiositatem locum torneamenti accederunt, & cau occisi sunt. Clericus vero, si penitentes deceperit, non privatur laeta sepultra, sed oblationes, & orationes publicas pro fieri prohibentur, can. 4. quicunque 23. q. 8.

5. R. 2. Pugnantes cum tauris, & aliis bestiis pre-

mercede, sunt infames de jure civ. l. 1. §. 5. v. qui & operas ff. de postulando: de jure Can. si ibi decadent, privantur sepultra sacra, tanquam manefici peccatores: ipsi vero domini agitationem bestiarum pertinentes incurunt excommunicationem ex Conf. S. Pii V. que tamet ad terminos iuris com. reducitur est per Greg. XIII. & Clem. VIII. dummodo agitations ista fiant, seculo periculo mortis, & extra dies festos, Barb. in c. 1. b. t. Gonz. & alii.

TITULUS XIV.

De Clericis pugnantibus in Duello.

Agitur de hac materia in Decreto Can. 22. Monachiam 2. q. 5. in Trid. S. 25. c. 19. de refor.

1. Praesens rubrica est strictior nigra; quia in hac non tantum clericis, sed etiam laicos duellum prohibetur. Definitur autem *Duellum*, graece *Monachia*, quod fit singularis pugna ex condito a duobus sponte suscepta. Aliud est *solemne*, seu *publicum*, quod fit cum certis solemnibus, cuiusmodi sunt: determinatio, seu securitas loci pro duello, vulgo *campo fran-
co*, determinatio temporis, littera provocatoria, seu chartula denunciacionis contineentes, & patrini, seu secundantes. Aliud est *privatum*, quod fit sine dictis solemnibus.

2. Q. 1. *An duellum ex genere suo sit illicitum?*

R. Affirmative: nam exponete se periculo mortis temporis, & externe est illicitum; hoc autem fit in duello: unde duellum omni jure prohibetur: *Naturali* quia est contra justitiam, charitatem sui, & proximi: *Di-
vino* per præceptum non occides: *civili* l. un. C. de gladiatori. *Canonico* b. t. Quia vera materia duelli non est ita intrinseca mala, ut in nullis circumstan-
tiis cohonestari valeat, ideo queritur de causis, ex quibus duellum possit, vel non possit cohonestari:

3. R. 2. Duellum cohonestatur ex seqq. causis: 1. Si fiat iustus Dei, qui est dominus vita, & necis. 2. Si fiat ob defensionem honoris divini, religionis, & boni communis, cui bonum privatum vita postponendum est. 3. Si fiat ex causa terminandum bellum; dummodo per hoc victoria, aliquin satis certa, non redatur dubia: sed David cum Goliath, S. Wenceslaus cum Duce Curimensi, singulare certamen invenit. 4. Si fiat ad necessitatem defensionis vita, & fortunam, servato tamen moderamine inculpata tutela. 5. Si fiat auctoritate publica a duobus condemnatis ad mortem, quatenus alter in alterum constitutum ministeriū justitiae. Sed quia res ita crudelitatem sapit, peccat princeps tale duellum offerendo sub conditione, ut in veniam vice obtineat, qui alterum occiderit, seu vicit excederit.

4. R. 3. Duellum non cohonestatur ex causis vanis, futilebus, & imaginariis, uti sunt: 1. Duellum inite ad ostentationem virtutis, & artis militaris, ad voluntatem, & recreationem spectatorum. 2. Ad declinandum injuriam accusationem, vel detractionem; quia duellum ad eam abolendum nec est necessarium, nec uile, cum alia ordinaria dent remedia repellendi injurium accusatorem. 3. Ad ostendendam innocentiam, veritatem, & objecti criminis purgationem, qui hoc modo Deus tentat. 4. Ob punctum honoris, si vir militaris offerat, vel acceptet duellum, ne timiditas, & ignominia non apud alios incurrit, & propterea ab eis non estimatur. Oppositam prop. num. 2. damnavit Alex. VII. his verbis: *Vix equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatem non agnatur.* Ratio est, quia duellum non est medium necessarium ad defensionem honoris, cum isti pluribus liciti modis defendi possit, v. g. dicendo: ob reverentiam legis divinae, & humane non accepte duellum; si tamen me aggressus fuerit, generose resistam tibi; neque est medium uile, quia duellans non tantum honorem non conservat, sed potius ipse ipsa infamiam, & perpetuum deridetur, Trid. s. 25. c. 19. de reform. Aliqui tamen DD. & nimis quidem laxi, excludunt illum causam, quo recusans acceptare duellum, amitteret suum officium bellicum, ex quo præcise suscipitur, ita ut deinde men-
dere cogatur: nam, ajunt, acceptans duellum non mouetur ex puncto honoris, sed ex necessitate conser-

4. R. 4. Ex his ponit censure, inhabilitates, & privaciones juris quæpediti, incuruntur ante sententiam: penae vero privantes jure quaestio post sententiam declaratoriam criminis ex com. mun. doctrina deponit. Notat tamen P. Laym. penas temporales, ut proscriptio bonorum, privationis jurisdictionis, & infamie, non esse usi receptas in Germania. Privatio sepultrae sacrae, si duellum est notoriū, incurrit abique ultra sententia, ut habet usi Ecclesiastum: si vero duellum non sit notoriū, opus erit sententia Episcopi.

5. Si quis in duello lethale vulnus accepit, & deinde extra duelli locum post aliquod tempus decedit, non privatur sepultra sacra: nam non decedit in ipso confitu, quod requirit Trid. Imo favorabilis est sententia Portelli, de la Croix, Tambur. neque hinc privandum esse sepultra sacra, qui in loco confitutus ante mortem confessus, & sacramentaliter absoluimus fuit; nam moraliter confetur extra locum confitutus decedere. Nec contrarium colligitur ex Rituali Pauli V. quia sacramentaliter confiteri, & absolviri plus est, quam edere signa preuentive.

*Vide alias penas, & declarationes circa duel-
lum Elencho VI. n. LXV. par. I. pag. 489. &c.*

vande sustentationis, quam si recusatio duello, certo amitteret. Principes autem graviter obligantur ad prævas itas confuetudines extirpandas. *Dices*: defensio cuique est licita; ergo potest quis per duellum suum horum tueri. 2. Statuta ordinis Equestris S. Jacobi non admittunt illam, qui provocatus, duellum recusat.

R. Neg. cons. nam hic non praecedit offensio; ergo non est iusta defensio. Nec juvat fulta opinio improborum duella laudantium, quia contra legem Dei pre-
valere nequit.

3. De Clericis pugnantibus in Duello.

Ad 2. Statuta illa procedunt de timidis, qui fugerunt, non verae de illis, qui duella non acceptant, parati tamen sunt aggressori resistere.

Vide propositiones proscriptivas a Benedict. XIV. circa duellum Elencho VI. numer. CXV. par. I. pag. 490. &c.

5. Q. 2. *Que sunt penae duellantium?* R. 1. De jure civ. si provocans occidit, punitur pena ordinaria L. Corn. de Sicarit. scil. gladio: provocatus, si occidit, plenquam mitius punitur, l. 14. §. 6. ff. de bo-
nis liberis, quia ignorendum est provocato.

6. R. 2. De jure Can. clericus duellans deponitur, seu perpetuo suspenditur ab officio, & beneficio; & si alterum occidit, fit irregularis, o. 1. b. t. Can. 8. d. 50. Si nec mors, nec mutilatio fecuta est, poterit Episcopus suspenzionem istam relaxare.

7. R. 3. Vi Trid. s. 25. c. 19. de refor. domini temporales concedentes locum secundum suorum, incurunt excommunicationem late sententia: & si tam-
ten locum obtineant ab Ecclesia, privantur ejus do-
minio, & iurisdictione: si vero ab alio illum habeant in feudum, hunc revertitur ad dominum directum.

2. Duellantes, & eorum patrini incurunt excommunicationem late sententia, proscriptio suorum bonorum, & perpetuum infamiam; & qui in duello occidit, pusiendus est ut homicida: qui vero in ipso confitetur, privatur sepultra Ecclesiastica; eti de-
cedat cum signis penitentie, ut habetur in Rituali Pauli V. tit. de Exequis. 3. Confusio dante in causa duelli, aut illud fuidentes, & spectatores, qui fili exposito specant, approbando, & animando duellantes, excommunicationis, & perpetue maledictionis vinculo tenentur. Quod extendi non debet ad eos, qui fortuito veniunt ad locum duelli, & ibi aliquantum ex curiositate morantur; vel qui a longe ex fene-
striis suis aspiciunt, vel qui vadunt ad locum duelli, ut illud impediatur. Et haec sunt penae a Trid. statute pro duellis publicis; quas penas Greg. XIII. Confit. incip. Ad tollendum 1582. & Clem. VIII. Confit. incip. Illius vices 1592. extenderunt ad duella privata ex condito, seu prævio pacto inita, ubi nulli pa-
tri, fœtio, ad illa vocati fuerint, nec loci securi-
tatis habita, nullece provocatoria littera, ant denun-
ciationsis charule precesserint.

8. R. 4. Ex his ponit censure, inhabilitates, & privaciones juris quæpediti, incuruntur ante sententiam: penae vero privantes jure quaestio post sententiam declaratoriam criminis ex com. mun. doctrina deponit. Notat tamen P. Laym. penas temporales, ut proscriptio bonorum, privationis jurisdictionis, & infamie, non esse usi receptas in Germania. Privatio sepultrae sacrae, si duellum est notoriū, incurrit abique ultra sententia, ut habet usi Ecclesiastum: si vero duellum non sit notoriū, opus erit sententia Episcopi.

5. Si quis in duello lethale vulnus accepit, & deinde extra duelli locum post aliquod tempus decedit, non privatur sepultra sacra: nam non decedit in ipso confitu, quod requirit Trid. Imo favorabilis est sententia Portelli, de la Croix, Tambur. neque hunc privandum esse sepultra sacra, qui in loco confitutus ante mortem confessus, & sacramentaliter absoluimus fuit; nam moraliter confetur extra locum confitutus decedere. Nec contrarium colligitur ex Rituali Pauli V. quia sacramentaliter confiteri, & absolviri plus est, quam edere signa preuentive.

*Vide alias penas, & declarationes circa duel-
lum Elencho VI. n. LXV. par. I. pag. 489. &c.*